



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

104. An Pater baptizans, aut tenens filium in periculo mortis impediatur postea petere debitum ab uxore? Et quid, si baptizaret ex malitia, vel ignorantia extra casum necessitatis, an peccet ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

RESOL. CIII.

Dum quis post partum uxoris statim ob periculum baptizavit infanten, adstantibus tamen multis, qui hoc facere poterant; dubitatum fuit, (etiam si graviter peccavit) an privatus remanserit iure petendi debitum?

Eadem est ratio uxoris erga vivum.

Et an Episcopus, Commissarius Bulla Crucis, & Confessari Regulares ex commissione suorum Provinciarum possint dispensare circa supradictum impedimentum ad petendum debitum? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 85.

to hoc in §. 1. **A**ffirmative tunc respondit quidam Theologus, & probabiliter quidem; nam in hanc sententiam tenent multi Doctores, quos citat 3. §. tant, & sequuntur Sanchez de Matrim. tom. 3. lib. 9. tr. 2. disput. 36. n. 7. & Villalob. in summ. tom. I. tr. 1. 3. num. diff. 51. num. 1.

2. Sed mihi contraria sententia placuit, & illam consului, quam tueruntur glossa cap. 2. de cognat. sp. ver. debitu, Fernandez de Heredia disput. de Sacram. Baptismi, part. 6. dub. 2. n. 6. Suar. in 3. p. quæst. 6. 7. art. 8. §. penult. in fine, Durandus in 4. disput. 42. quæst. 1. art. 3. & novissime Coninch. de Sacramenti, disput. 34. dub. 8. num. 69. ubi sic assert: Probabilius est eum, qui etiam sua culpa hanc cognitionem cum sua uxore contraxit (cudem est ratio uxoris erga virum) eti graviter peccarit, posse nihilominus petere debitum, quia tan gravis pena textu non est inducenda; ex nullo autem textu probari potest. Ergo, &c. Ita hanc sententiam probabilem esse putat Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 8. n. 8.

notentur. 3. Nota etiam, quid stando in prima opinione in hoc §. advertit Villalobos ubi supra, quid in tali casu, [Pueden dispensar para pedir el debito el Comisario del Ref. lario de la Cruzada el Obispo, y los Confesores regulares, como tengan para esto comision de su Provinciales, como dice Rodriguez por una voz oraculo de Pio V. por ser la cognition espiritual impropriamente incerto, y el privilegio que glosa dicho, que solo habla de la affinidad que naturalmente se de copula fornicaria, dice, que se ha de entender a esto por ser favorable.] ita illa.

RESOL. CIV.

An Pater baptizans, aut tenens filium in periculo mortis impediatur postea petere debitum ab uxore?

Et quid, si baptizet ex malitia, vel ignorantia extracanam necessitatis, an peccet gravissime, & sit puniens, & impediatur petere debitum? Ex p. 5. tract. 3. Ref. 25.

to hoc in §. 1. **A**ffirmative responderet, si suscipiat filium, Henriquez lib. 2. cap. 18. n. 3. & etiam si baptizet ex malitia, vel ignorantia extra necessitatem in hac tarem, docent Doctores, quos citat Zambranus de libro modo ministrandi Sacramentum Baptismi, cap. 1. per dub. 18. num. 8. Sed ipse ibi merito contrariantur Ref. sententiam docet, & ideo num. 24. sic ait. Ex dicto, ex his patet, quantum errent aliqui minus docti, & ex examinando nimis scrupulosè eos, qui bona fide baptizantur in necessitate, vel suscepunt proximum filium, an talis necessitas esset præcisa, vel

omnino ignoranta invincibilis, ut negent eis petitionem debiti, cum constet ex dictis, etiam si ex malitia processerint, peccare quidem gravissime, effèque puniendo, satis tamen probabiliter non impediri à petitione debiti. Sic ille. Cui adde Jacobum Granado de Sacrament. in 3. part. contr. 4. tract. 2. disput. 5. num. 5. & Papol. in 3. part. q. 67. art. 6. dub. 1. num. 7.

RESOL. CV.

An conjuges amittant ius petendi debitum, si eis superveniat cognatio spiritualis, ut quando alteruter, vel uterque conjugum culpabiliter baptizat, aut tenet filium in Baptismo?

Et an hoc procedat in casu, quo conjux baptizat filium solius alterius conjugis in necessitate?

Idem est, si conjux jam ad fidem conversus uxorem, quam in infidelitate duxerat, baptizat, occurrente eadem necessitate.

Item idem est, si in presenti mortis periculo Parense miseratione motus, ne absque Baptismo infans decedat, quanvis adesse alij, filium baptizat.

Idem etiam dicendum est in casu necessitatis, quando nullus adest, qui Patrinus sit, pater, aut mater id munus obeat erga communem filium, aut solus alterius conjugis. Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Resolut. 39.

§. 1. **V**T quando alteruter, vel uterque conjugum culpabiliter baptizat, aut recontento in net, contrahitque cognitionem, tunc nocens alij, qui patrino. 1. & 2. causa quæst. 1. ubi dici. Secundo vel uterque impeditur a petendo debito?

2. De hoc casu his diebus interrogatus fui, & ad illum ex Sanchez affirmativè responderet quidam Theologus Societatis Jesu, satis quidem probabiliter ex can. 1. & 2. causa quæst. 1. ubi dici. Secundo non esse separandos conjuges, si levatio de notandum. Sacro fonte non fuerit facta utriusque consensu: ergo à contrario sensu, si utriusque consensu fiat, separandi sunt, neque ob aliam causam separatio fit, nisi ut neuter petat; atque adeo etiam unius tantum consensu fiat, ille faltem petere non potest. Probant ulterius ex cap. ad limina causa, & quæst. ubi dicitur, eum, qui filium in necessitate baptizaverat, non esse à conjugi separandum; quia id laudabiliter fecit: ergo à contrario sensu, qui id culpabiliter fecit, separandus est, ne videlet petat. Deinde prædictus conjux voluntariè, & sine necessitate inunus illud illicitè suscipit: ergo contrahit impedimentum cognitionis quantum jure contrahere potest: potest autem merito priuati jure petendi: ergo.

3. Sed ego negative sententia adhæsi, & nunc adhæreo, & ita docet Hurtadus de Matrimonio, disput. 10. difficult. 6. num. 24. Coninch. de Sacram. disput. 34. dub. 8. num. 66. Perez de Matrim. disput. 29. sed. 6. num. 8. & Dicastillus de Sacram. tom. 3. tractat. 20. disput. 9. dub. 8. num. 90. & ratio est, quia si quid antiquiora jura in hac re durum statuerunt, correcta sunt per alia posteriora jura. Patet, quia cap. 1. & 2. 30. quæst. 1. correcta sunt per dictum caput si vir, de cognitione spirituali, ut notavit Glossa ibi, verb. institutum. Præterea cap. nosse 30. quæst. 1. ubi deciditur conjuges esse invicem defraudandos ac separandos, si ex utriusque consensu alterius filium de sacro fonte levaverit, & subinde idem dicendum est, quando alter sciens & prudens id

F 4 fecit;

ITION
POM. 1 & II
E III